

In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955. Luchier.

Nr. Bo. 2.

55-
ant
St

DISPUTATIO PHILOLOGICA,
DE
M E S S I A
INSTAR SALVBERRIMAE
PLANTAE NASCITVRO,
Ad effatum Ezechielis XXXIV. com. 29.
PRAESIDE, ET AVCTORE
IOANNE RVDOLPHO KIESLINGIO
D. ET PROF. PVBL. ORDIN.
HABITA
DIE XX. SEPTEMBR. A. R. S. MDCCXLVIII.
RESPONDENTE
IOANNE CHRISTIANO BEVTNERO
FREYBURGENS. THVRING.
S. S. THEOLOG. CVLTORE.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

bg.

DISTATIA PHILOLOGICA
M E S S I A
INSTAR SALVATORIS
ANTICIPATIO
OMNIS HUMANITATIS
AD ALLEGORIA
OMNIS HUMANITATIS
ALLEGORIA

HILVSTRISIME COMVS
SVPREMI PER TERRAS SAXONICAS
ECCLESIASTICI SENATVS
ILLVSTRISSIMO PRAESIDI,
ITEM QVE
ILLVSTRBVS, MAGNIFICIS, SVMME REVERENDIS,
CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS
SACRAE EIVSEM CVRIA
CONSILIARIIS
ET
ASSESSORIBVS,
VIRIS
DE ECCLESIA ET REPVBICA IMMORTALITER MERITIS,
MAECENATIBVS ATQVE PATRONIS
AETERNUM COLENDIS,
CVM PERENNIS PROSPERITATIS VOTO ARDENTISSIMO
HAS DICAT PAGINAS
IO. CHRISTIANVS BEVTNER.

ILLVSTRISSIME COMES,
VIRI ILLVSTRES ET MAGNIFICI,
MAECENATES INDVLGENTISSIMI,

Audacie ignoscetis, qua ad sacra honorum
VESTRORVM fastigia veneranda, ani-
mus impellitur eius, qui Indulgentiae *VE-*
STRÆ tot et tam praeclara passim intuitus
exempla, in eandem non potuit non spem erigi,
qua tot numero et antea nixi sunt, rerum sua-
rum prospero laetantes nunc euentu. Subtimidum
autem, et verentem tantis aliquid Nominibus conse-
crare, vnde studii Academicci non nisi leuiter ratio
cognoscatur, causa, quae nihilominus haud segniter
incitaret,

incitaret, non una fuit. Adiutus nempe ad studia felicioris prosequenda, Potentissimi Regis (cuius perennet vita et felicitas!) munificentia, id agitare pro virium tenuitate debui, ut studiorum rationem, gratique animi iis offerrem testificationem, Potentissimi qui Regis nutu, rei cum Ecclesiasticae, tum literariae, omnisque publicae fortunatum prouehunt statum. Causa mouit et alia, cum, peracto studiorum curriculo, deesse cernerem, suo qui honestum illud tueretur auspicio propositum, publicum aliquod, Dei propitiis auxilio, administrandi munus. Quare id mihi persuasissimum habens, nulla alia re, quam *VESTRO*, Indulgentissimi Maecenates, summo fortunam meam, omnemque salutem Patrocinio contineri: non potui, quin, quod precibus demississimis sibi omnes expetunt, idem a *VOBIS* humillime exorarem. Aquis igitur accipite animis has paginas, in sacro occupatas argumento, haud mei quidem foetum ingenii, leuem tamen mea etiam ex parte conatum, quo humiliam in Maecenates Summos pietatem testarer.

VESTRA

*VESTR A autem fretus Indulgentia, nihil prae-
terea nunc addo, nisi quod pro Incolumitate VE-
STR A, immortali Deo supplicans, vnitis id, quod
bonus quisque votet ac postulat, precibus exorem,
ut clementissimum Numen VESTR AM diutissime
perennare iubeat gloriam pariter et felicitatem.*

NOMINIBVS VESTRIS,

ILLVSTRISSIMO,

ILLVSTRBVS ET MAGNIFICIS

LIPSIAE,

die 20. Septembr.

1748.

CLIENS SVBIECTISSIMVS

IO. CHRISTIAN. BEVTNER.



DE
MESSIA INSTAR SALVBERRIMAE
PLANTAE NASCITVRO.

§. I.

Tam vastum, amplumque sapientiae, bonitatis, et omnipotentiae diuinae campum nobis demonstrat regnum naturae, vt nullum gramen tam vile, et exiguum sit, quod non possit nobis luculenta, de optimo rerum omnium conditore, statore, et gubernatore subministrare documenta. Quin in eo potissimum summi Numinis sapientia latet, vt, quo vilior, et leuior nostro aspectu est herba, tanto quoque illiusprior, et excellentior sit diuini creatoris sapientia. Quod si enim artificum admiramus artem, qua stupendas machinas, ingentesque rerum moles, cum omnibus partibus necessariis in minutissimam formam affabre redigere possunt, iniqui profecto rerum diunarum aestimatores essemus, si sapientissimi conditoris huius vniuersi potentiam, et sapientiam in rebus minimis conspicuam negligere vellemus. Quae vero maior potest existere sapientia, illa, quae in gramine, floribus, plantis, et huminascitibus presisis manibus offenditur, vt ζητεῖν τὸν πόνον εἰ ἀργεῖτε ψυλαφήσειν ἀντὸν, οὐκ ἔγραπτεν, haud difficile sit. Act. XVII, 27. Etenim plantae fertile solum noctae, et felici coeli influxu auctae cito exsurgunt, suosque radios tam suauiter spargunt, vt amoenissimum nobis

A 2

praebe-

praebant spectaculum. Temerarium foret tam felix, foecundumque plantarum, fruticumque incrementum laborioso, et operoso mortalium studio vindicare, quum in vado sit, omnem hominum rei agrariae deditorum operam esse inanem, et desperitam, nisi diuina acceperit benignitas. Verum enim, et extra controversiam positum est illud diu Pauli effatum: ὡς ἔτε ἐ Φυτέων ἐστι τι, ἔτε ὁ ποτίζων ἀλλά ὁ ἀνξέαντος Θεός. 1 Cor. III, 7. Nolo iam extra circulos vagari, et in generationem, propagationem, et cultum plantarum inquire, qua opera, ut alios silentio praeteream, eleganter, et docte defunctus est BERNARDVS NIEVVETYTUS^a), quam indagandi gloriam rerum naturalium scrutatoribus relictam esse statuo. Prolixus quoque est CLAVDIVS SALMASIVS^b), in eruendis plantarum nominibus, quorum alia a loco, alia ab odore, alia a numero foliorum, alia a tempore, alia a colore, alia a sapore, et aliis affectionibus sunt petita, qua indagandi opera ego facile superfedeo. Singularem quoque circa plantas Iudei habuerunt curam, illasque rebus sacris dicatas tanto habuerunt in pretio, ut de earumdem ortu, decimatione, et eradicatione certas constituerint leges, quas apud Guilielmum SVRENHVSIVM^c) in compendio comprehendes.

§. II.

Nec hoc solum nomine plantae nostro studio, et admiratione dignae videntur, sed et eo, quod ipsi mortales in sacris tabulis certo respectu cum plantis comparantur. Si enim viliorem hominis partem, quam corpus appellare solemus, vtroque consideres oculo, non deerunt argumenta, ex quibus hominem inter et plantam, si in primis corporis structuram internam species, comparatio institui possit.^a) Magnum tamen, immo jingens semper remanet inter hominem, et plantam discri men, quod praestantia animae humanae constituit. Vsus nihil ominus est Spiritus sanctus hac similitudine,

a) Vid. Meditat. de Mundo. Meditat. XXIV. p. 377. seq.

b) Vid. Exercitat. de Homonym. Hyles Iatric. in Praefat. p. 1. sq. Exercitat. Plinian. Tom. II.

c) Vid. Opp. Mischnic. Part. I. Tract. de iure Anni Septimi. p. 157. Tract. de Decimis. p. 283.

a) Vid. L'Homme Plante, à Potsdam, 1748.

litudine, et non solum nudos homines, qua ortum, et incrementum cum plantis contulit, sed et redemptorem generis humani plantam illustrem appellauit. En insigne, quo Messias mastatur, nomen his verbis apud Ezechielem Cap. XXXIV, 29. obuium : **וְהִקְרַתִּי לְךָ מַטָּע לֶשֶׁן וּלְאֵדוֹתֶךָ שָׂרֵךְ אֱסָפֵר רַעֲבָךְ** *Tunc excitabo illis plantam in nomen; nec erunt amplius congregati ad famem in terra, neque portabunt amplius ignominiam gentium.* Operae duximus pretium hoc praefans oraculum nostris collustrare commentationibus, illud cum aliis, quae lucem affundere possunt, accurate conferre dictis, et idem contra falsas interpretationes strenue vindicare.

§. III.

Non insolens esse diuinis scriptoribus, homines sub fasciis plantarum proponere, praeter sanctissimum, quod delibandum est, oraculum, alia quoque confirmant sacrae scripturae oracula, Psalmi CXLIV, 12. et Ies. LX, 21. et Cap. LXI, 3. obuia. Hoc quoque dicendi genere peruenuste vsus est **HOMERV^a**, cuius verba siccо pede hanc transire debeo. Decantat Homerus luсum, animique moerorem, quo, ob mortem Patrocli, omnium fortissimi affecta est Thetis, quae squalido luсu suppressa haec in verba erupit:

Κλύτε, παστρυγηται Νηρηίδες, ὅφε εῦ πᾶσαι
"Εἰδετ' ἀκάστους, ὃς ἐμῷ ἔνι κῆδεα Θυμῷ.
"Ωμοι ἔγω δειλὴ, ψυχοι δυσαρέσο τόκεια,
Η" τ' ἐπει ἀξ τένον ὥντον ἀμύμονάτε, κρετερὸν τε,
"Ἐξοχον ἡγώνων, ὃ δ' ἀνέδεσμεν ἔγειτοσ,
Τὸν μὲν ἔγω Θρέψαστα, Φυτὸν ὃς γνῶθι σιλωῆς,
Audite, sorores, Nereides, ut bene omnes
Sciatis austentes, quanti meo insunt dolores animo.
Heu mibi miserare, bei mibi infeliciter fortissimum enixaε,
Quae postquam peperam filium eximiumque fortemque,
Praestantissimum heroum, isque succreuerat plantae similis,
Hunc quidem ego educatum, tamquam plantam infoecundo
loco agri.

A 3

Liberi

a) Vid. Iliad. 2. XVIII. vers. 52. seq. p. 695. edit. Barnef.

Liberi enim instar tenuissimae plantae e gremio materno educti, lacte, et purissimo, nec non saluberrimo cibi genere nutriti, beneficio, et auxilio Numinis incrementa capiunt, et a teneris vnguisculis in pueros, iuuenesque praetextatos exsurgunt, iustumque virium mensuram, et corporis staturam, successu temporis, ex desiderio parentum, nascuntur. Enata mihi inde est fides, sanctissimum Davidem, in delineanda sobolis, qua gaudemus, prosperitate, oculos suos, quasi in campum fertilissimum, et amoenissimum plantarum, herbarumque conieisse, et suauem inter vtramque rem instituisse comparationem. Diuinus enim Psaltes beatam impiorum fortem considerans, eorum felicitatem his depraedat verbis: **אשר בניו בנטיעת טנראים כנשוויהם** Dicunt; quia filii nostri (sunt) sicut plantae magnae factae in adolescentia eorum. Psalm CXLIV, 12. Quo in oraculo eadem voce נטע, quam adhibet Ezechiel, satis dextre, et scite vobis est. Notarum est partium huius vocis natales, et proprium significatum deinceps accuratius eruere, ut inter nos, de huius vocis praestantia, et sensu constet.

§. IV.

Si huius effati sensum species, tantum abest, ut felicitatem in prole sexus virilis, quae veluti planta bene culta exsurgit, et propullat, conspicuum irrideat, aut despiciat Psaltes, ut potius, impiorum parentum castiger fastum, quo, hoc prosperitatis genere adornati, intumescere, sibique mirum in modum indulgere solent. Eam beatitudis humanae partem quoque plus non denegat Deus, sed ipsos amplissima sobole quandoque instructos esse depraedit, Psalm CXXVII, 3. 4. et CXXVIII, 6. Ornamento omnino, et emolumento cedit parentibus, eosdem esse liberis percutitis, et fano corpore, in quo mens sana est, praeditis, ad propagandam familiam bene multis auctos, Psalm CXXVIII, 5. 6. Recitat proinde diuinus Psaltes hominum, quibus omnia ex animi voto fluunt, desideria, quibus sobolem, cui suas opes et dignitatem a maioribus acceptam relinquere possunt, anxie exposcent. Reprehendit tamen tacito modo vanam, et fallacem, quam hi homines, in liberis utriusque sexus collocare assuefunt, confidentiam. Etenim huius saeculi homines modo multitudine, modo pulcritudine, modo animi praestantia liberorum, qui naturam in tribuendis, et animi et corporis dotibus

dotibus habuerunt fautricem, delestantur, et huius felicitatis optimae conscientii, suis tantum confidunt rationibus, non ponderantes liberos amaras esse parentum dulcedines. Non igitur possum cum illis facere, qui haec verba, de oratione Dauidis interpretantur, qua exoptaret felicitatem, et prosperum sibi sue incrementum, cui insidias fruerent hostes. Inde etiam vox נְשָׁן habenet significacionem נָא, quae teste N O L D I O ^{a)} non prolus insolens est. Ast si versum XI, et anxiam Dauidis orationem, vt Deus ipsum liberet a manu בֶּן־נַכְר filiorum alienigenae seu huius saeculi, contempleris; si porro horum hominum iactantiam, quam in eodem comitate recitat Dauides, consideres, hanc orationem non pro voto Dauidis, sed recitatione verborum hominum cothurno incidentium, cum M A R T. G E I E R O ^{b)} habebis. Duo ceteroquin argumenta, quae sanctissimus Dauides, veluti per transennam indicat, inde comode petenda erunt, quorum primum est, copiosam, et formosam, quae veuti plantae admodum foecundae, crescit, et ad prouectionem corporis staturam exsurgit, sexus nobilioris prolem, Deo acceptam esse ferendam, et in pretio habendam, eamdemque multum vouptatis, et decoris parentibus omnino adferre. Augetur in amplissima filiorum familia parentum felicitas, si filii a primis inde incunabulis, aetate, et virtutibus nitescunt, iusta corporis statuра ex ephebis excedunt, et ad virilem feliciter adspirant aetatem. Alterum Dauidis argumentum est, grauis admonitio, ne parentes, filiis aucti, nimium huic colori credant, et in illis spem collocent, quia flos est caducus. Non solum ob filiorum vitam male compotitam suo gaudio priuari, sed et praematura illorum morte hoc solatio, et ornamento, vel vno temporis puncto, quod accidit Eli, et Iobo, orbari possunt. Fragile igitur est, quod in liberis parentes quaerunt, felicitatis argumentum.

§. V.

Inli mine nostrae interpretationis nunc vox יְנֵת seu נְשָׁן eruenda est, qua in opera nostrum studium haud perdemus. Verbum נְשָׁן planta a יְנֵת plantauit, tamquam a sua radice descendit.

Pro-

a) Vid. Concordant. Particul. Hebr. p. 108.

b) Vid. Commentar. ad h. v. p. 259. 3.

Proprie significatur hoc nomine primo omne, quod vel terra, vel muro insigitur. Deinde indicatur hoc verbo omne genus humi nascentium, et plantarum, quae non naturae beneficio crescunt, et exsurgunt, sed quarum semina terrae demandantur, et in frutices enatae in aliam terram arte transponuntur, quod hortulanis, et agrorum cultoribus potissimum, in plantatione fruticum, fragorum, arborum, et aliarum tenuissimarum plantarum sollempne est. Improprie deinceps haec vox de hominibus, quos Deus omni felicitatis parte reddit beatos, et quasi prosperitatis fonte irrigat, saepius in sacra scriptura legitur. Ier. XII, 2. XXIV, 6. XXXII, 41. Eam ob caussam ipsi, quos Deus in deliciis habet, fideles comparantur cum plantis, plantaeque Domini appellantur. Ies. LX, 21. Cap. LXI, 3. Nec negligendum est, eundem verbi significatum crebrius de Ecclesia, quae parvus nata principiis, sed suis successiobibus, auxilioque diuino sua, in amplissimam plantarum ubique conspicuarum crevit regionem. Psalm. LXXX, 16. Ies. V, 1. seqq. Nolo huic significatiui indagando ulterius inhaerere, qui ex GVL ROBERTSONIO,^{a)} EDMVNDO CASTELLO^{b)} aliisque aucto-ribus facile colligi potest.

§. VI.

Leuis insuper est opera sensum vocis נטהע(alio collustrare loco), quem nobis suggerit auctor librorum Chronicorum, qui tamen valde difficilis, et griffis nonnullis est obnoxius. Verba, quae ad illustrationem nostri oraculi faciunt, Paralipp. IV, 23. hunc in modum fluunt: **המה הקריר ושבו נטעים וגרה ע** שבטם: **המלך במלאתו ישבו** Ipsi sunt figuli, et habitatores plantarum et maceriei: cum rege in opere eius sedebunt ibi. Versionem septuaginta viralem si consulas, videbis eam mirum in modum ab hoc sensu recedere, et ex nominibus נטהע וגרה plantarum, et maceriei facere nomina propria vrbium, quas posteri Iudei incoluerint. En illam versionem: Οὗτοι κεραμεῖς οἱ κατοικῶντες ἐν Ἀταίῳ καὶ Γαδιᾳ μετὰ τῆς βασιλέως, ἐν τῇ βασιλείᾳ οὐτε τίσχυσαν, καὶ κατόπιντας ἔνει. Hi figuli habitantes in vrbibus Netaini

a) Vid. Thesaur. Lingv. S. ad h. v. p. 586.

b) Vid. Lexic. Heptaglott. Tom. III. ad h. v. p. 2289.

Netaim et Gadera una cum rege, in regno eius inualuerunt, et habitarunt ibi. Exercuit hic locus aliquantisper Interpretes, e quibus IO. CLERICVS^{a)}, HVGO GROTIUS^{b)}, MÜNSTERVS^{c)}, nomina locorum, seu vrbiū, Netaim et Gadera dicta, et Regi Iudae subiecta intelligunt. Non inconcinnam esse hanc expositionem profiteor, sed auctorem horum librorum, qui procul dubio recentioris est aetatis, Netaim, tamquam villam, seu vicum, cuius testibus Hadriano RELANDO^{d)} et Augustino CALMETTO^{e)} nulla sit in Palaestina mentio, adduxisse, aegre fero. Ait Gadera a laudato RELANDO^{f)} et Adrichomio DELPHO^{g)} et Thoma FULLERO^{h)} inter vrbes tribus Iudee recensetur.

§. VII.

Dubia exinde, et anceps orta est inter sacros Interpretes explicatio, quaenam sententia altera sit potior praefantiorque. Vtrum illa verba de plantis, et macerie, an vero de vrribus, aut saltem viciis sint intelligenda. Si de vrribus, seu villis, quas hi artis figurinae periti incoluisse dicuntur, sententia est, nouus emergit scrupulus, quo in terrarum trauctu hae vrbes querendae. Gdera, vti diximus, in tribu Iudee sita fuit; sed ignoratur Netaim. Si vero hi incolae, ex mente PISCATORIS^{a)} fuerunt Israelitae, qui soluta captiuitate Babylonica, in terminis regni Babylonici remansissent, neque ad dulces patriae fines rediissent, noua dignitur difficultas, quia haec nomina omnino obscura manent. Demonstratu quoque difficile est, auctorem Chronicorum, quem teste S. V. GOTTLÖB CARPOZOVIO^{b)}

plerique

- a) Vid. Commentar. ad h.l. p. 526.
 - b) Vid. Tom. I. Annotat. ad h.l. p. 377.
 - c) Vid. Critic. Anglic. Tom. II. p. 193.
 - d) Vid. Palaestin. ex Monument. illustrat.
 - e) Vid. Op. Commentar. Tom. III. ad h.l. p. 18.
 - f) Vid. I. c. Lib. III. pag. 802.
 - g) In Theatro Terrae. S. de Tribu Iuda. p. 49. Conf. Eusebii, et Hieronymi Onomastie, vrbi. et Locor. Scriptur. S. p. 79.
 - h) Pisgah-Sight of Palestine. Book. II. Cap. XXIII. Iudah. p. 278.
- a) Vid. Comment. ad h. l. p. 384.
 - b) Vid. Introduct. ad Libr. Bibl. V. T. Part. I. Cap. XVI. p. 286 seq.

plerique omnes Interpretes Esdram constituant, in hoc posteriorum Iudei catalogo, de fede eorum in Babylonia constituta agere, quum huic opinioni reliqua historiae capita non respondeant. Agitur tantum de prosapia, et familia Iudei, qui huic tribui nomen dedit. Quin et auctor sedes, et vrbes, quas hi posteri incoluerunt, praeterit, et saltem artes, et opificia, quae nonnullae familiae in primis traxerunt, quandoque addidit, quod v.21. de sobole Selae fecit. Nec mihi credibile est hos tribus Iudei socios miseram apud Babylonios seruitutem suae, cui sub indulgentissimo Cyro redditi sunt, libertati praetulisse. Evidem non negauerim multos Israelitas decem tribuum in Assyriam deductos, sedem in hac peregrina terra fixisse, nec omnes sese Iudeis ad arua patria redeunibus associasse^c), sed id de reliquis duarum tribuum sodalibus affirmare nolle. Nec AVGUST. CALMET O^d) suffragium detraherem, complures decem tribuum Israelitarum se Iudeis ex capititate redeunibus comites adiunxisse, quia apud Nehemiah et Esdram reliquae tribus ad paucitatem quidem redactae, commemorantur. Tanta enim natalis solis dulcedine, nec non ardentiissimo rituum paternorum studio fuerunt capti, ut omnia potius, quam vrbum, terramque promissam negligerent. Quod si vero his Interpretibus largiar quosdam harum tribuum posteris, suam fidem, et patriam adeo eiurassem, vt loci forte, et aliorum emolumentorum temporaliuum amore allesti in Babylonia, et finitimis tractibus domicilium suum confituerint, non tamen illorum caussa, qui ex his verbis, vrbiu[m] seu vicorum faciunt nomina, propterea triumphat, sed illa ipsa verba גָּדְרָה וְנַצְרָן plantationes, et maceres significantia, suam vim, et natuam significationem, ob sensus flumen, et commodam rerum compaginem optime retinere possunt. Quin et Matthaeus POLVS^e) licet anceps haereat, an de Iudeis reducibus, an de Iudeis in Babylonia vel Persia remanentibus, dictum intelligendum

c) Vid. Herrm. Witsii Δεκαφυλον. f. Libr. Singular. de decem tribibus Israe lis.

d) Vid. Oop. Commentar. Tom. VI. Dissert. de Reditu decem tribuum, p. 265. seqq.

e) Vid. Annotations vpon the holy Bible, Vol. I. ad h. l.

gendum sit, non tamen ambigit, aut haesitat, haec verba de figulis,
qui inter plantas, et maceriem degerunt, diserte explicare.

§. VIII.

Si nunc post vocem נַטְעָה, quam supra exposui, verbum
spectes, illud a גָּרָר sepst, sepe struxit, descendit, et
hoc in significatu Nah. III, 17. Ier. XII, 3. occurrit. Vsurpatur
eadem vox vltius de locis, sepe, et macerie circumdatis. Num.
XXXII, 16. 24. 36. 1 Sam. XXIV, 4. Zeph. II, 6. Maxima proinde
adest veri species, non solum sedem horum hominum in ipsa tribu
Iuda, potius, quam in Babylonia esse querendam, sed et ob ipsam,
quam exercerunt isti vilioris conditionis homines, artem figurinam,
agrumentis, segmentis, et fodinis resertum, suoque opificio
inseruentem incoluisse. Opifices enim, qui artem plasticam seu
figurinam tractant, suas figurinas ponere solent iis potissimum in
locis, quae lutum aceratum, et fodinas argillaceas habent vicinas,
et quae a commercio hominum, et aedificiorum, ne ex fornace
figurina, iisdem aliquod immineat detrimentum, admodum remota
sunt. Vitae, quod tractant figuli genus, cum his locis dissitis, et
limosis optime conspirat, quod ipsum auctor horum annalium
sacrorum describere satagit. Nec ablundunt verba : עַם־הַמְלָךְ בְּמִלְאָכָר וּשְׁבֹות־
cum rege in opere eius sedebunt ibi. Mea,
si quid valet, sententia haec explicatio non temere est adiecta, sed
indicat, illos figurulos ad seruitia in aula regia obeunda potissimum
fuisse destinatos, quod nostra quoque aetate in aulis principum, et
regum conspicitur, in quibus cuiusvis artis, et opificii magistri,
qui sua prouincia demandata defunguntur, aulico sumtu aluntur.
Equis igitur dubitare vellet, hos figurulos, operis aulicis fuisse ad-
dictos, et hoc nomine separatam suae fedis regionem occupasse.
Nullo iraque modo mihi persuaderi patiar, hoc, quod breuiter de-
libavi, in oraculo, de vrbibus seu vicis, sed potius, de regione inter
arbusta, plantas, sepes, et fodinas argillaceas sita, data opera agi.
Et si vel maxime hoc dare vellem, nihil inde commodi ad statores
huius sententiae promanaret, nisi, quod hi viri, a situ, et condi-
tione ferrae, eiusdemque tractus nomen sint sortiti.

§. IX.

Praemissis nunc iis, quae ad indagandum, reddendumque
verum huius vocis נַטְעָה sensum oppido faciunt, nostrum, quod ex

Ezechiele adduximus, effatum iam penitus explicandum erit, vt videamus, quae pondera in verbis, et qui nucleus in his inuolucris lateat. En illud: **רְקִמְתִּי לְהֹם מַטָּע לְשֵׁת וְלֹא־יָחַזֵּן** *Tum excitabo illis plantam in nomen; nec erunt amplius congregati ad famem in terra, neque portabunt amplius ignominiam gentium.* Ast ab hac significacione aliquantisper ablidunt aliae versiones. Ita nimurum versio CHALDAICA^{a)} legit: **וְאָקִים לְהֹן נַצְבָּא לְקִימָת et suscitabo plantationem permanentem seu ut permaneat.** Eundem sensum retinet SYRIACA; sed septuaginta uirialis habet: **Φυτὸς ἐγένης : planta pacis.** Cum veritate suspicatur LUDOVICVS CAPPELLVS^{b)} septuaginta Interpretes legisse **שֶׁלֶת** pax, pro **לְשֵׁת** in nomen. Quae varia verborum lectio apud Seniores non insolens est, quod nemini, nisi in hoc linguarum genere hospiti, ignotum est. Multa prostant documenta, ex quibus appetet septuaginta interpretes in versione adornanda non satis recte sua defunctiones esse sparta, tum nonnullas voces Hebraeas non satis intellexerunt, cum alias vel omissa, vel mutata quadam littera, alio sensu reddiderunt. Illustre huius mutationis verborum Hebraeorum testimonium deprehendit Ierem. XXXI, 21. vbi verba ita fluunt: **שֶׁלֶת tibi signa.** Quae ita transtulerunt Interpretes: **σῆσον σεαυτῷ Σιών** *statue tibi Sion.* Vox **τίν** teste Mario CALASIO^{c)} non adeo frequens est, attamen 2. Reg. XXIII, 17. Ezech. XXXIX, 15. de signo seu monumento sepulchrali legitur, quam male exprefuerunt Seniores de urbe Sion. Non absimile est huic, quod excitaui, oraculo, hoc, quod quoque manibus interpolaticibus tractarunt Interpretes, dictum Ies. IX, 10. obuium **וַיָּשַׂבֵּב יְהוָה אֶצְדְּצֵרִי רְצִין עָרוֹן וְאֶצְדְּכֵנִי יְסַכְּלִי** *Ideo exaltabit Iehouah hostes Rezini super eum, et inimicos eius commiscerit.* Quantum distet versio septuaginta viralis a sensu vocum, et textus ex eo appetet, dum illud effatum ita reddiderunt: **καὶ ἐδύξει ὁ Θεός τοὺς ἐπανισταμένους ἐπὶ ἔρη Σιών ἐπὶ ἀντὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς διασπεδάσει.** Vbi pro verbo **רְצִין** legerunt: **τίν**.

a) Vid. Waltonis Bibl. Polyglott. Tom. II. ad h. I. p. 120.

b) Vid. Critic. Sacr. Lib. IV. Cap. VII. p. 268.

c) Vid. Concordant. Biblior. Hebr. Tom. III p. 1179.

גַּם. Missa facio alia sublestae interpretationis exempla in versione septuaginta viral occurrentia. Duo igitur se nobis vltro offerunt, argu-
menta vberius eruenda, quorum alterum in voce עֲדָמָה, alterum in ver-
bo עֲדָמֵל ponendum est. Dispiciemus deinceps, quid de his vocibus
statuendum sit. Primo in censum venit vox וְהַקְרִירָה תְּמֻנָּה, tum excitabo,
quae vox מְלִיכָה in Hiphil notat surgere facere ex aliquo loco.
2 Reg. IX, 2. Ief. XIV, 9. seu suscitare, excitare, oriri facere sbo-
lem, Gen. XXXVIII, 8. Deut. XXV, 7. Demonstrat hoc verbo
summus rerum humanarum arbitrus, hanc plantam non casu, aut
fortuito, sed diuino nutu, et voluntate, statu temporis articulo, et
modo ab aeterno destinato esse orituram. Quod si enim plantae et
humus nascentia non citra diuinum in res sublunares concursum, casu,
et ex concurso caussarum secundarum nascentur, Psalm. CIV, 14.
Certe illustris illa, quam deprædicat Ezechiel planta, non nisi diui-
no ex decreto ortum trahere debebat. Non prius felix haec planta
nascitura erat, nisi prius venerit τὸ πλήρωμα τῇ χρόνῳ Gal. IV, 4,
quo temporis spatio omni ex parte completo, in foliatum morta-
lium erat exspectanda.

§. X.

Enodauimus quidem supra natales vocis נֶתֶן, sed nostro in
oraculo illa legitur mutata littera נ in מ: עֲמָדָה. Illam permutatio-
nem litterae נ cum מ heemantico satis frequentem esse, praefertim
in litteris vniuersi organi in triuïis notum est. Occurrit quoque Ief.
LX, 21. LXI, 5. et Ezechiel. XVII, 7. eadem vocis עֲמָדָה lectio.
Quicferem lubens in hac vocis lectione, nisi Iacobus GVSET-
TIVS ^{a)} ex eadem aliâ quoque significationem elicere veller.
Arbitratur enim GVSETIVS hoc in studiorum genere longe ver-
satissimus, discrimen esse constituendum inter voces עֲמָדָה et מְלִיכָה,
quarum prior plantam arborecentem, satiuam aequa ac apta ad
plantationem natam, posterior autem plantarum locum, seu plan-
tationes, non ipsas autem plantas significare, quod ex Ezech. XVII, 7.
Mich. I, 6. et ipso nostro, quod tractamus, oraculo constare pu-
rat. Gusserius suae sententiae defensorem interpretemque habet
IO. COCCIVM ^{b)} qui haec tradit: *Non descendit ab allegoria*

B 3

ouium:

- a) Commentar. Ling. Ebraicae, ad h. v. p. 974.
b) Opp. Commentar. Tom. III. ad h. l. p. 242.

ouium: sed ut ouibus est opportuna plantatio, sub cuius umbra
recubent, ita ostendit, se daturum ouibus suis arbores plantationis
suae, quae sunt in nomen, in laudem, in honorem, in bonam fa-
mam, apud quas cum decoro congregentur, et cum gloria: Quamquam
hae plantationes non possunt esse nisi de ouibus, tamen, sive erunt in
septum, sive erunt in umbram, bonori erunt et decori Ecclesiae et bono
nomini. Quos dicemus tales plantationes, nisi τές προσαπέντες: qui
debent esse Ecclesiae, ut sepes ouibus? Certe, quando Ecclesia habet egre-
gios προσαπέντες et duces, ad quos libenter colligunt fideles, et
quibus se in charitate Christi libenter submittunt: id Ecclesiae bono no-
mini est. Et non erunt amplius in terra, qui famę pereant et au-
ferantur. Quia cibus salutaris, οἱ Λόγοι οἱ ὁράσιοι et doctrina
veritatis, que secundum pietatem est, omnibus affatim exponetur.
Verbum itaque ώρα in nostro effato interpretantur ΓΥΣSETIVS
et COCCEIVS, de loco bene consito plantis, frugiferis, et fer-
tilibus instruto, ut abundant Israelitae alimentis, nec fame di-
spereant.

§. XI.

Quod primo ad dicta, quae in suam sententiam trahit ΓΥ-
SETIVS, spectat, illa cum nostro oraculo non sunt concilianda,
neque eidem apte respondent. Non praeteriit IO. HENRICVS
VR SINVS^{a)}) hoc discrimen, et laudata a Gustilio effata, quoque de
plantationibus interpretatur, sed inde nullum ad Gustetii sententiam
promanat veritatis praesidium, quia totius structurae ordo eum sensum
concedit, aliter autem se res habet cum nostro effato, quod iam de-
monstratum ibimus. Etenim oraculum Ezech. Cap. XVII, 7. traditum
parabolam in se continet, de excidio Hierosolymitanorum a Nebucadne-
re metuendo. Comparatur Nebucadnesar ob fortitudinem, et celerita-
tem cum aquila, quae comparatio ipsi ob felicissimas, et celerrimas ex-
peditiones bellicas in terram Iudaean suscipendas, et feliciter confici-
endas omnino competit, quod ipsa historiae series confirmat^{b)}. Terra
vero Iudaica confertur cum amoenissimo, et fertilissimo agro, arbori-

bus,

a) Vid. Arborei Biblii Continuatio. Historia Plantarum. Lib. I.
Cap. II. p. 17.

b) Vid. Io. Frider. Schroerii Imperium Babylonis et Nini ex Antiqu.
Monumentis. Sect. V. II. p. 261. seqq.

bus, plantationibus conspicuae. Illa ipsa explicatio ex commatibus 11, 12. sequentibus satis tuto colligitur. Haec metaphorice dici, quis est, qui non videat. Eadem est alterius effati, quod Michae Cap. I, 6. legitur ratio. Praedicit Propheta, futurum esse, ut Samaria, quae haec tenus veluti amplissimus, et foecundissimus ager cum omnis generis arboribus, vitibus, et plantis fuit, nunc adeo destruenda, et deuastanda sit, vt in aceruum lapidum mutetur, vt ne volam, micamque pristini splendoris, et fertilitatis amplius sit habitura. Multum haec duo effata in veritatem rei adducta a nostro dicto differre in vado est. Obseruamus secundo, verbum υψο in nostro oraculo satis difficulter et coacte cum supra commemoratis locis conferri. Praeter enim quam, quod vox υψο aequa de planta, ac plantatione sumatur, vti supra demonstrauimus, ipsa quoque verborum dignitas, et cohaerentia repugnat. Promittit Deus misericordia Iudeis in regnum Babylonicum derratis, rem insignem, et inexpectatam; nempe excitationem plantae illustrissimae. Si hoc nomine plantationem intelligas exspirat promissi praestantia. Nam Iudei captiui spem de reditu in patriae fines, et dulcia, quae relinquere coacti fuerant, arua habebant certissimam, a Prophetis Ieremia, Daniele et Ezechiele ipsis datam. Vinea illorum, si denuo colantur, et agros, si praeparentut, futuros esse foecundissimos non desperabant. At hic nihil miraculi, nihil arcani subest, nisi dicas, Deum aureo quasi imbre omnium rerum abundantiam, sine mediis ordinariis in terram Iudaicam missurum esse. Historia ex aduerso docet Iudeos reduces ex Babylonia factos omni rerum penuria esse pressos, quod ex Daniele, Nehemia, et Esdra satis colligitur. Funetis populus Iudaicus post deportationem Babyloniam vexatus est satis, et tristissimis vicissitudinibus, nec tranquilla vsus est in laribus paternis pace. Quaenam igitur est illa celeberrima iuxta ac illustrissima plantation? Terrae quidem cultura denuo inualuit, sed eam fuisse prosperrimam, et yberrimam nullibi legitur. Neque hoc promissum Iudeos de suo, quem exspectabant, Messia anxios, et follicitos, sustentare, et ad gaudium validum, et perpetuum excitare poterat. At dicitur: *Iudeos non viterius famem in sua terra passuros, et contumeliam portatueros:* quae verba plantationi non respondent. Nam licet plantationes victui humano

inser-

inseruant, non tamen faciunt, vt contumelia a populo Iudaico auerti potuerit.

§. XII.

Si vero verborum omnium cohaerentiam consideres, talia occurunt v. 23. seqq. praedicata, quae spem de plantatione terrestri omnem subvertunt, sed plantam aliquam mysticam, et diuinam promittunt. Id ipsum quoque verbum מְשִׁיחָה indicat. Si statuas hanc particulam נ in hoc dicto eam habere vim, vt per hoc נ formetur adiectivum, quod teste CHRISTIANO NOLDIO^{a)} Ief. IV, 2. Zophon. III, 10. et aliis in locis frequentissimum est, sensus erit: excitabo plantationem celeberrimam, seu foecundissimam. Mallem vero vocem מְשִׁיחָה, cum præfixa præpositione נ substantiue interpretari, ita, vt sensus sit, *fūscitabo illis plantam, in nomen, ad nomen, propter nomen meum.* Satis frequentem esse hoc insignificatu præpositionis נ usum ex eodem CHRISTIANO NOLDIO^{b)} multis demonstratur testimoniosis. Docet itaque sacer orator summum Numen hanc, quam excitare vellet, plantam, maximam nomini diuino, et gloriae allatarum esse celebritatem, ob vaticinia a prima inde mortalium progenie emissa, et sub multis fasciis, et inuolucris tradita, quorum veritatem, bonitatem, et certitudinem confirmare debebat exitus longe exoptatissimus. Fecit porro haec suauissima planta, in Messiae persona conspicua, ad augendam diuini nominis gloriam, eamdemque per totum terrarum orbem disseminandam. Non inconcinnia est THEORETI^{c)} opinio, quam his verbis proponit: *Suscitabo eis plantam pacis in nomen, id est, nobilissimam, glorioissimam, celeberrimam.* Et fortasse aliud quoque innuit oratio, scilicet a planta eos nomen adeptum iri; a Christo enim omnes pii Christiani. Non igitur opus est, vt aliis versionibus supra allatis adhaereamus, præfertim quum illae vel nullum, vel leue suae interpretationis habeant præsidium.

§. XIII.

a) Vid. Concordant. Particul. Ebr. Chaldaic. ad 2. p. 452.

b) Vid. ibid. p. 441.

c) Vid. Commentar. ad h. l. p. 621 seq.

§. XIII.

Sequuntur nunc reliqua commatis verba satis perspicua. Non erunt amplius **אָסְפִּר רַעַב** congregati ad famem. Vox **רַעַב** notat congregare, colligere, recipere res, vel homines dispersos. Quo verbo procul dubio congregatio populi in fines, et terminos imperii Babylonici disseminati significatur, eidemque promittitur noua terrae patriae occupatio. Clementia enim indulgentissimi Cyri factum est, ut populo captiuo libertas emigrandi, et in terram Iudaicam se recipiendi concederetur, quod historia liberationis Babylonicae satis euidenter tradit. Verbum **רַעַב** proprie notat *famem*, *penuriam*, et *annone caritatem*, quae ex sterilitate agrorum euenire solet. Improprie vero seu metaphorice, *famem spiritualem innuit*, qua, bonum aliquod spirituale appetimus, illiusque compotes fieri optamus. Hocce in sensu de fame spirituali legitur verbum **רַעַב**, Amos. VIII, ii. dum Deus populo verbum diuinum cum nausea traxanti, et pedibus quasi illud conculcanti famem spiritualem, et summam rerum diuinatarum egestatem certissime minatur. Quae si nunc cum conditione populi Iudaici conferas, a veritate non alienum esse videtur, haec verba de alimento spirituali potius, quam corporali esse intelligenda. Si enim situm terrae Babylonicae species, ille terrarum tractus satis foecundus, et fertilis est, ut Iudeis in eumdem deportatis necessaria vitae alimenta non defuerint. Ast fame spirituali premebatur populus hinc et inde dissipatus, et cultu patrio maximam qua partem destitutus. Porro si solum Iudeorum contemplari natale, illud quoque rerum, quae ad cultum corporis, vietumque spectabant, diffuebat. In propheta quoque est, hanc de fame ab Iudeis prorsus remouenda, promissionem, ne sensu quidem litterali veritatis inniti firmamento. Si enim *Haggai Cap. I, 6. 7. 8. Cap. II, 17.* attentis consideras oculis, extra omnem dubitationis aleam est positum, Iudeos culturae agrorum, et structurae suorum domiciliorum potius quam templi intentos tanta fame esse vexatos, ut sepositis nunc negotiis domesticis manus indefessas huic operi perficiendo coacti adferrent. Maior autem fuit rerum diuinarum inedia. Templum, et illustres Synagogae in terra sancta erant destructae, et summa verbi diuini erat caritas. Dulcissimo itaque solamine Propheta erigit populum Iudaicum, fore, ut in terram patriam, et ad pileum quasi reuocatus, libere rursus sacrorum vsu frui debeat. Exstremum esset templum.

Cultus contemeratus emendandus, purgandus, instituendus. Scholae publicae aperienda; ut vnu: quisque verbo diuino, cuius haec genus sitiens fuisset, se satiare posset. Nihil enim magis in votis habuit populus Iudaicus, quam instituta, et sacra diuinitus tradita, a quorum viu aliquantisper remota fuit.

§. XIV.

His itaque inductus rationibus me haud faller angurium, si dixerim, hanc promissionem, de fame non amplius metuenda, potissimum ad felicissima Messiae spectare tempora, quibus panis coelestis, et cibus omnium suauissimus in terra Iudaica erat exspectandus. Hocce sub symbolo Christus Iudeis se proponit, dicendo: Ἐγώ ἐμι ὁ ἀρτος τῆς ζωῆς. Et v. 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἀρτος ὁ ζῶν ὁ ἐν τῷ ἔργῳ παταζόμενος ἐδύ τις Φάριψ ἐν τέττα τῷ ἀρτῷ, ζησταῖς τοῖς αἵμασιν νεκρὸς ἀπέσθη, ὃν ἐγὼ δώσω, καὶ σάρξ μὲν εἶναι, ἢν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Optime obferuat FREDER. ADOLPHVS LAMPIVS^a) iub hoc symbolo duo latere, quorum primum est fames, quae est symbolum egestatis, et desiderii; alterum est cibus congiuus, qui ipse Christus est cum sua doctrina, suisque beneficiis. Hanc dicendi, scribendique rationem Iudeorum doctoribus esse frequentem cel. CHRISTIANVS SCHOETTGENIUS^b) ad hoc Ioannis oraculum ex libro Sohar confirmat, cuius verba ita flunt: *Cibus coelestis sanctus, et pretiosus est, cibus est spiritus animae, cibus e loco remoto, coelesti et pretiosissimo omnium; cibus virorum doctorum, qui legi operam dant, et qui prouenit ex sapientia superna.* Anxio tunc temporis Iudei tenebantur desiderio aduentus Messiae, quo veluti durissima cruciabantur fame; cibum seu alimentum exigebantes saluberrimum, quod ipsis Messias adhibere debebat. Nemmo igitur mirabitur Christum, cum inter Iudeos degeret, saepe de hac fame spirituali sermones instituisse, et omnes, qui esurientes, et sitientes fuerunt ad se tamquam ad panem coelestem, et fontem perennem dulcissimis lenociniis inuitasse. Matth. V, 6. Matth. XI, 29. 29. Io. IV, 13. 14. Proposuit se suis ouibus ipsi morem gerentibus tanquam optimum pastorem, quo duce saluberrimo pabulo, et omnium rerum desideratissimarum copia hac et in futura vita frui possent. Io. X, 27. 28. Certam itaque Propheta Iudeis,

de

a) Commentar. in Io. ad h. l. p. 254.

b) in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. p. 359.

de Messia aduentu sollicitis, facit spem, futurum, vt reduces factū in patriā complementum omnium, de Messia, promissionum recipiuntur sint. Nec defuit Deus suis promissis, sed Iudeos per Zachariam, Malachiam, aliosque minoris ordinis prophetas, tam perspicuis et certis, de Messia adueniente, vaticiniis solatus est, vt famem spiritualem non paterentur, sed amplissimis, iuxta ac fuauisimis solatii argumentis instruēti, optima quaevis, de felicissimo Messiae aduentu sperarent, et interea omnes subter hac densa testudine ferrent casus. Rem sacram deperditam restituerunt, soluta deportatione, Reipublicae Iudaicae statores, Zorobabel, Nehemia, et Ezra, cultumque puriorem ingenti quidem studio, sed prospero successū innouarunt, vt populus fanioris doctrinae, et rituum paternorum propemodum expers, depulsa rerum diuiniorum ignorantia, ad salutem informaretur. Nec silentio prætermittere debo, ea optime cum Rabbinorum conspirare sententia, quam de diebus Messianis fouent, quibus amplior, et illustrior rerum diuinarum notitia est exspectanda, quae iam multa ob impedimenta non exsurgere posset. Ita vero R. MOSES MAIMONIDES^{c)}: *Quoniam homo quando in hoc saeculo cum morbis, bello, et fame constitutus sapientiae, et virtuti operam dare nequeat, quae sola via sit, qua vita saeculi futuri obtineatur. Et propterea uniuersus Israhel cum prophetis suis et doctoribus desiderauit dies Messiae, ut liberarentur a seruitute regum gentilium, qui non permittunt illis legi, et pietati rite vacare, et vt requiem sibi inuenirent, et proficerent in sapientia, quo tandem assequerentur saeculum futurum.* Aliena est ab hac MAIMONIDIS sententia R. BERECHIAE^{d)} opinio, quae huius est tenoris: R. BERECHIA nomine R. Isaac dixit: *Quem admodum Goel primus fuit, sic erit quoque postremus. Goel primus descendere fecit Man, Exod. XVI, 4. sic quoque Goeli postremus descendere facit Man; Psalm LXXII, 16. erit multitudo frumenti super terram.* Nouum, sed non insolens in hac doctoris recutiti habemus testimonium, Iudeos plerasque promissiones spirituales, sub inuolucris rerum temporalium traditas ad palatum suum, de felicitate humana, interpretari, cui adeo sunt intenti, vt aureos montes sibi polliceantur.

§. XV.

Supersunt haec verba adduc explicanda: **רְאֵי יִשְׂרָאֵל וְעַד**
נֹאכְלָה neque portabant ampius ignominiam gentium.

c) In Lib. de Resipiscientia. Cap. IX.

d) Midrasch Coheleth fol. 73. 3.

Verbum כלה ignominia, pudor in se satis perspicuum est, et in sua radice כל significat, erubuit, vel rubore, et ignominia suffusus est. Additur verbum נזע cum ה demonstratio, vt indicetur populus, cuius calumniis, conuitiis, et ignominiae haec-
nus expositi fuerint Iudei. Quibus cauillationibus, et opprobriis obnoxii fuerint Iudei in Babyloniam deportati, iam commemorare odiosum est. Maximā vero, quam sustinuerunt Iudei, ab Assyriis, Babylonii et aliis hostibus, criminatio, in eo posita fuit, miseros Iudeos nunc eum in locum esse redactos, vt de sua salute, et Messia, quem exspectabant anxio desiderio, desperare, et animum abiicere debeant. Iudei enim Gentilium imperio, et potestati subiecti, spem, de rege ex familia Dauidis, nascituro et suo populo, summa auctoritate imperaturo vix ac ne vix quidem habere videbantur. Gens Iudaica promissis diuinis, de oritu ex stirpe Dauidis rege, qui toti terrarum orbi dominari debebat, innixa, alta supercilia habere, et sibi somnia fingere aestimabatur. Ast tantum aberat, vt Iudei tristissimis vexati fatis omnem deposituerint animum, vt potius certissima tenerentur ipse, Deum rebus suis ipsorum deploratis auxilium esse laturum, inclytam gentis Dauidicam stirpem conseruaturum, et desideratissimam Dauidis sobolem, redemptorem inquam humani generis in mundum missurum. Haec igitur calumnia, quam ex insitia, et malitia inusuerunt Gentiles Iudeis, penitus erat cum ipsorum redditu ex deportatione Babylonica, extingueda, eradicana, delenda.

§. XVI.

Si vero haec verba, de ignominia in posterum non toleranda interpreteris, de conuitiis, quibus Iudei afflicti fuerunt inter Gentiles, nunc finiendis, vereor, vt veritatem habeas amicam. Iudei enim suis terminis patriis redditi breui temporis interullo Aegyptiis, Syris, Graecis, Romanisque subiecti tantas sustinuerunt calumnias, tantos motus intestinos, tantaque pericula, et detrimenta, vt omnem Iudeorum gentem interimere viderentur hostes omnium atrocissimi. Pleni sunt omnes fere Gentilium libri; plena antiquitatis monumenta, eaque publica, horum conuitorum et opprobriorum largo gurgite tunc temporis in gentem Iudaicam effusorum, vt Iudei haberentur omnium pessimi. Ne quid de saeculis deuastationem Iudeorum a Tito Vespasiano factam insecuris dicam. Miseram hanc gentem postea tot tantisque onerata fuisse ca-

uill a-

uillationibus, tamque variis expositam opprobiis confit, ut bipedum quadrupedumque audirentur nequissimi, et faex, sentinaque hominum appellarentur ^{a)} Iudaci. Si itaque haec verba de ignominia Iudeorum cum exitio Babylonico terminanda intelligas, ipse rei euentus huic explicationi non responderet. Tuttior proinde est, via, hoc vaticinium, de gloriosa Messiae interpretari natuitate, qua omnis Iudeorum ignominia, qua a Gentilibus crebrius affecti fuerunt, est sublata, et promissio diuina in hac gente, omnibus rerum discriminibus obnoxia, ad summum veritatis apicem adimpleta. Eam promissionem longe verissimam Deus iam conceferat Iudeis. Icf. VII, VIII, et pasim, cum summo versarentur in periculo, omnisque de Messia nascituro solatii, et spei viderentur impatientes. Stetit Deus, qui fallere, et falli nescius est, suis promissis. Omnia hostium consilia reddidit irrita, conuicia in Iudeos temere emissa, exoptatissimo Messiae partu effecta stulta, lepida, infana. Quae enim quoae nostra aetate maior est Iudeorum ignominia, illa, qua inani spe, de futuro Messia delusi, patria pulsii, et cultu, et institutis diuinitatis acceptis maximam qua partem destituti sub coeli axe vagantur? Istaec autem criminatio desit in Iudeis, qui fidem Christo dederunt, et verum mundi redemptorem ambabus amplexi sunt manibus. Ex aduerso infelix Abrahami foboles Cimmerii quasi tenebris suppressa vndique terrarum multis adhuc profunditur ludibriis, et omnes, eosque funestissimos incredibili animi constantia, seu potius praefraeta fronte adhuc fert casus, mali, et vindictae diuinae semper conscientiae.

§. XVII.

Rei cardo nunc in eo vertitur momento, ut demonstretur, quenaam sit illa, de qua vates facer tam felicia praefigit rerum auspicia, planta exoptate nascitura. Iudeorum si species sententias, plerique omnes Zorobabelem, hoc nomine indicari consint. Magnus ille et impiger Iudeorum orator HUGO GORTIVS ^{a)}), hoc etiam in arguento ipsis velificatur, hoc oraculum de Zorobabele, nec non de promissionibus mere temporalibus, de terra nimirum sancta a feris purganda, inquinilis denuo replenda, de arboribus exsurgentibus, et fertilissimo rerum omnium prouento, suo ex ingenio intelligendo. Haud in cassum laborabimus, si

C 3

in

a) Vid. 10. IAC. HVLDERICI Gent. Obrechtat. adu. Iudeos Tig. 1744.

a) Vid. Annotatt. in V. T. ad h. l. p. 390.

in hanc interpretationem inquiramus, vt videamus, vtrum huic vaticino, et toti rerum compagi fit amica, nec ne? Qui hoc vaticinium de ZOROBABELE interpretantur, se abysso difficultatum, vix superrandarum immittunt. Si enim totius promissionis seriem species, quae a commate 23. potissimum incipit, mirum in modum falli GROTIUM, suosque praecambulones Iudeos videlicet, in propagulo est. Pollicetur enim Deus in laudato versu populo misere afflito, in exilium deie^cto, et duce, pastoreque destituto pastorem vnum, qui oves suas pascat, seruum nimirum Dauidem, quae compellatio, vii postea edocebo, nemini nisi optimo ouium spiritualium praefecto, Christo competit. Hoc oraculum non de Zorobabele esse sumendum inuictis argumentis aduersus GROTIUM demonstratum iuit ABRAHAMVS CALOVIVS^b). Equidem cum AVGUSTINO CALMETO^c), facere non possum, qui, vt hoc oraculum aduersus Iudeos et alios interpretes vindicet, Zorobabelem ex albo familiae Dauidiae his verbis expungit: *Liqueret, ad litteram intelligi nequam posse de Zorobabel, atque quoniam Iudeorum Capite post captiuitatem id, quod illib[us] de Dauid, et unico Dominici populi Pastore enarratur. Alibi iam adnotatum est, nullum suppetere argumentum, quo bi Iudeorum Principes ex tribu Iuda fuisse probentur.* Verum enim vero 1Chron. III, 19. Matth. I, 13. Luc. III, 27. omnino huic stirpi Dauidiae annumeratur Zorobabel. Dubium faltemin eo versatur momento, quod hic Zorobabel, Esrae III, 2. Matth. I, 13. Luc. III, 27. appellatur filius Sealthielis seu Salathielis, sed 1Chron. III, 19. pater Zorobabel dicitur Pedaiah. Quo ex nodo Gordio facile eluctari possumus, si cum IO. FRANCISCO BVDEO^d) AVGUSTINO CALMETO^e) et RICHARDO SIMONIO^f) statuamus, Zorobabelem patre Pedaiah, sed praematura morte peremto omnino natum, sed ab auo Sealthiele deinceps educatum, et hinc factum ess^g, vt filius Sealthielis more Spiritui Sancto visitato, haberetur. Faut nobis auctor libri Chronicorum, qui excitato capite, commate 18. difertis verbis hunc Pedaiam filii Sealthielis annumerat, hisce verbis: *Porro filii Iechoniae, Asfir; Sealthiel, filius eius: Et Malkiram, et Pedaiab,*

b) Vid. Bibl. Illustrat. Tom. II. ad h. I. p. 552. seqq.

c) Vid. Opp. Commentar. Tom. VI. ad h. I. p. 380.

d) Histor. Ecclesiastice. V. T. Tom. II. Periodo II. Sect VI § VIII. p. 939.

e) In Commentar. in I. Paralipp. III. v. 18. 19. p. 25. Opp. Tom. III.

f) Vid. Dictionnaire sur la Bible, Tom. II. voiez Zorobabel, p. 731.

daiah, etc. *Fili autem Pedaiae; Serubabel, et Schimei.* v. 17.18.
 Extra omnem positum est dubitationem, hunc Zorobabelem regio
 Dauidis genere esse ortum, et ab indulgentissimo Cyro caput lu-
 daeorum constitutum. Contigit ipso esse tam felici, ut princeps,
 et dux populi a Cyro designaretur, qui populum libertate donatum
 in patriam reduceret, Rerpublicam moribus Maiorum administra-
 ret, ita tamen, vt se regibus Babyloniae seu Persiae, ob translatum
 ad Persas imperium, subiectum esse cum sua gente intelligeret,
 quod **H V M P H R E D V S P R I D O S I V S**^{g)} **I A C O B V S S E R I V S**^{h)}
 et laudatus **B V D D E V S**ⁱ⁾ prolixe exponunt. Inde nomen asciti-
 tium, ex more Persarum, ipsi datum est Sesbasar. Efr. V, 18.

§. XVIII.

Protensa itaque manu largior, hunc Zorobabelem editum
 regibus Iudeis ad patrios fines redeuntibus exsuffisse praefectum
 regium; attamen promissa in hoc oraculo tradita tam longe a per-
 sona Zorobabelis sunt remota, ut cum eadem neutiquam conciliari
 possint. In acie hoc stat argumentum, nullibi ullum e posteris
 Dauidis eminentiori significatu appellari Dauidem. Accedit Zo-
 robabelem non vnicum fuisse pastorem, sub cuius nutu tuto qui-
 escere possent oves. Accedit, conditiones pacis, de quibus vers.
 25. agitur, non legales esse, sed Euangelicas. Triflissima deni-
 que fuerunt sub Zorobabele Gentis Iudaicae fata, nec ipsi defue-
 runt hostes vindictaque exsurgentia, a quibus misere est vexata.
 Etenim Iudei libertati, et patriae redditii, et multis a Cyro bene-
 ficiis et priuilegiis audi, infensum tamen hostium, Samaritanorum
 nimurum, experti sunt animum, qui omnem mouerunt lapidem, ut
 templi structuram impediunt. Samaritani variis vni fidiculis id
 saltem effecerunt, ut templi exstruendi opus anno demum sexto
 Darii Hysdaspidis suum finem attingeret. Efr. VI, 15. Si igitur
 rationem a primo mandato Cyri, de reditu Iudeorum, et templi
 structura suscipienda, vsque ad annum VI. Darii Hysdaspidis, quo
 hoc illustre opus est finitum, ducas, anni circiter XXI. et quod excurrit,
 effluxerunt, Iudeis interim tub Persarum regibus, et Samaritanis nihil
 non mali sustinentibus. Quem calculum **I A C O B V S V S S E R I V S**^{j)}

et

g) Vet. et N. T. in nexu Gent. Iudeis vicinar. Lib. III. p. 169.

h) Annal. V. T. de aerate Mundi VI. Imper. Persic. p. 82.

i) Vid. I. c. §. I. p. 895.

j) Vid. I. c. Annal. V. T. Aetate Mundi VI. de Imperio Persico. p. 83.

et AVGVSTINVS TORNIELLIVS^{b)}, ex optimis ficerunt documentis. Vix igitur halcyonia, quae Iudei habuisse dicuntur, sunt appellanda, si quidem sub Cambyse, et Pseudo Smerde multa, impedimenta offendunt, quod libri Esrae, et Nehemiae fusi tradunt, et ex antiquis historiae documentis prolixa fatis tela pertexunt PRIDOSIVS^{c)} IAC. VSSERIVS^{d)} ARTHVRVS BEDFORDVS^{e)} NATALIS ALEXANDER^{f)} et laudatus BVDDEVS.^{g)} Nec conticuerunt deinceps inter Iudeos querelae, sed aliud ex alio malum, donec Esra sub Artaxerxe Longimano emisus his malis, et rebus admodum collapsis medetur. Collapso deinceps Persarum imperio huius periculi non expertes fuerunt Iudei. Alexander enim Magnus arma vietricia Dario Codomanno Persarum regi inferens, Iudeis, ob denegata sibi in Tyri oppugnatione, auxilia, cornua sua ostendit minacia, qui tamen precibus Iadduae seu Iaddi, singulari summi Numinis prouidentia, sunt seruati.^{h)} Ast breuis fuit haec Iudeorum quies. Demortuo enim Alexandro Magno noua, eaque fatis tristis incipit epocha. Diuiso nunc inter belli duces imperio, Ptolomeus Lagi filius Aegypto, quem fortius erat, non contentus, manum repacem in Syriam, et Iudeam extendit, et ipsam urbem Hierosolymam oppressit, et maxima sane crudelitatis reliquit teste IOSEPHOⁱ⁾ vestigia.

S. XIX.

Nouis deinceps dissidiis inter Aegypti, et Syriae reges, Ptolomeum Lagi filium, et Seleucum exortis, multa Iudei ex his perpessi sunt incomoda. Durarunt eadem Reipublicae mala postea sub Antiochis, quod libri Maccabaeorum multis verbis tradunt. Regno demum Aegyptiaco cum Cleopatra, et Antonio ad excidium vergente, Iudei extrema quaevis passi, Romano-

rum

b) In Annal. Sacr. VI. Mundi aetat. ad an. 86. p. 204.

c) I. cit. p. 210. seqq.

d) I. cit. p. 84. seqq.

e) The Chronology Book. VII. Chap. I. p. 719.

f) Histor. Ecclesiast. V. T. Tom. II. Diff. V. p. 352.

g) I. c. §. I. p. 895.

h) Vid. Flau. Iosephi Antiquit. Iudaic. Lib. XI. Cap. VIII. p. 511. Op. Tom. I. edit. Hauercamp. conf. Pridosi Histor. Lib. VII. p. 617. seqq.

i) Antiquit. Iudaic. Lib. XII. Cap. I. et Cap. II. p. 584. seq. Oop. Tom. I,

rum, inito cum iisdem foedere, subiecti sunt imperio, sub quorum potestate mitiora habuissent fata, nisi Herodes Magnus eos male tractasset. Ut taceam sacra omnia valde fuisse contemerata, et ipsam Rempublicam clandestinis, et domesticis turbatam, et promodum eueram coniurationibus et motibus. Paucis lineis res maximi momenti, et amplissimae historiae adduxi, eo tantum omnię, ut appareat, Iudeos, soluta Babylonica captiuitate, neutriquam in quietem, et Reipublicae tranquillitatem esse datos, sed tantis calamitatibus ex vtroque latere fuisse, vt mire fallantur, qui hoc Ezechielis vaticinium suauissimum promissionum plenum, de felicitate Iudeorum sub Zorobabele, et eius successoribus interpretantur. Luce proinde meridiana clarius appetet, has ipsas, quas sanctissimus vates propinat, promissiones minime gentium, de felici Iudeorum, post redditum, statu, eoque politico, sed spirituali esse intelligendas. Concinunt huic interpretationi vaticinia a Zacharia, Haggaeo, et Malachia edita, quibus timidi Iudei eriguntur, et certissima proxime aduenturi Messiae ad suum templum spe laetantur. Cum enim Iudei prouectioris aetatis exigua, et vilem templi noui strueturam, nullis ornamentiis et internis, ob iacturam rerum potissimum sacrarum, et Reipublicae insignium, et externis, ob exilem huius operis molem, auclam consiperent, suamque conditionem, qua imperio Persarum adhuc subiecti erant, aequa expenderent lance, non poterant non in profusa prorumpere lacrimas, anxiosque singultus. Esr. III, 12. Revocant autem hi, quos appellauit, Prophetae ipsis in memoriam, otia spiritualia cum Messia aduenturo esse exspectanda, et desideratissimum mundi redemptorem, suo aduento his tenebris lucem, his lacrimis solamina, eaque dulcissima, his denique Reipublicae ruinis auxilium esse allaturum, et templum sua praesentia collustraturum. Hagg. II, 8.

§. XX.

Quae haecenit strictis tantum calamis disputauit, documento sunt certissimo, somnia sibi fingere Iudeos, omnesque, quotquot in eorum partes abeunt. Ea vero nunc prouincia mihi est reliqua, ut, profigata Iudeorum sententia, argumentis satis solidis, et firmis meam, quam de hoc foueo, oraculo, confirmem interpretationem. Multa in hoc praestantisimo vaticinio latent argumenta, quae meae sententiae amice fauent. In tanta rationum et firmamentorum copia *primum* locum sibi merito vindicat, appellatio *υτων*, plantae. Internomina,

D

quibus

quibus optimus hospitator in scriptura sacra Veteris Testamenti maestatur, non infimi ordinis sunt, naturalia, quibus distinctae in Christo naturae exprimuntur. Horum ex censu potissimum sunt חַדְסָה germin, Zachar. III, 8. VI, 12. צָרָב germen Dei. Ies. IV, 2. צָמָת iustum Ier. XXIII, 5. XXXIII, 15. בְּצָרָב furculus, Ies. XI, 1. בְּצָמָת seu עַטְנָה planta, de quibus nominibus humanam Christi naturam indicantibus prolixieagunt SALOMO GLASSIUS^{a)} et laudatus VRSINVS^{b)}.

§. XXI.

Multae sunt, quae in hoc excellentissimo nomine Christo tributo, latent rationes, quas enodare nostrarum est partium. In limine statim moneo, obseruatione esse dignum, plantarum naturalium ortum in tertium creationis diem incidere, Gen. I, 12. 13. Christus autem, tamquam fertilissima, et saluberrima planta in plenitudine temporis, terria mundi aetate seu epocha, suam, secundum humanam naturam, recepit originem. Terra demum ad felicem frugum prouentum diuina potentia, et sanctissima benedictione praeparata, omnis generis, arbores, plantas, et humi nascentia protrusit. Nec aliter se res habuit cum exoptatissime, quam celebrant sancti Prophetae, plantae natalibus. Mundo enim per quatuor millenaria variis vaticiniis, præmissionibus, et typis, de Iesu nascituro instruendo, ei tandem cum primordiis quinti millenarii affulxit felicitas, ut haec planta ab omnibus fidelibus, a primis inde orbis incunabulis, desiderata, et expectata, in salutem, et solatium totius generis humani nasceretur. Gal. IV, 4. Si causas, ob quas Iesus hoc lectissimo nomine salutatur, species, multae adduci possent, e quibus saltem has in medium adferendas statuo. Primam appello miraculofam Iesu conceptionem, qua Deus per gratiosam Spiritus Sancti ἐπιλεύσεων, sine vlo humano, eoque virili auxilio, et adiumento, mundi redemptorem, e gremio Mariae excitauit seu eduxit. Luc. I, 35. Ea enim est plantarum in frugifera terra satiarum natura; ut etiam sine opera, et cultura, beneficio tantum coeli, terraeque, innata se ipsas propagandi virtute, exfurgant. Altera causa mihi est humanae naturae indicium. Plantae e terra progerminant, et suam substantiam, ex semine plantarum accipiunt. Filius Dei unigenitus humana carne vestiendus, et reliquis mortalibus in omnibus, excepto solo peccato, assimilandus, humanam suam carnem non

a) In Onomatolog. Messiae Prophetica, Claff. II. pag. 402 seq.

b) In Arboret. Biblic. Pytholog. S. Lib. I. Cap. II. p. 17. seq.

non ex corpore aliquo aethero, et ascitio, sed semine humano, eoque muliebri assimere debebat. Gen. III, 15. Hebr. II, 14. Accedit *tertia ratio*, quam in fertilitate, et saluberrimo colloco fructu, quam utilitatem plantae potissimum vrget noster Vates. Quanto iucundiores pleraque sunt plantae adspicu; tanto salubriores quoque sunt mortalibus, ad valetudinem nostram tuendam, munierandam, confirmandam. Nec *quartam* praetermittere debo causam, quae est mors humanae naturae, ad extirpandum genus humanum certissime imminentis. Citius saepe perire, quam nasci videntur plantae. Non inepte de harum plantarum fragilitate cecinit Aufonius:

*Quam longa una dies, aetas tam longa roscarum,
Quas pubescentes iuncta senecta premit.
Quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
Hanc rediens sero vespere vidit anum.*

Breue fuit, quod in hoc mundo transgit sanctissimus Iesus, vitae spatiū, instar plantae tenerrimae medio aetatis flore pro hominum salute mortem subiens. Mitto aliasrationes, ex quibus Christum cum planta, et germe comparandum esse statuit DANIEL FESSELIVS^{a)}.

§. XXII.

Ne vero quis nos proletariam, et ficalneam Christum inter et plantam comparisonem instituisse obiciat, nostram commentationem nouo aliquo augemus, et munimus robore. *Prima itaque ratio* a nomine plantae est petita. Ecquis in Noui foederis tabulis adeo hospes est et ignarus, qui non vel audiendo percepit, vel legendo intellexerit, Christum digito quasi indice ad plantas, et vites prouocare, vt fuam perfonam, mortem, et beneficia inde parta nobis commendet. Nemo necit nostram ad demonstrationem potissimum spectare aureum hoc Iesu effatum. Ἐγώ εἰμι ἡ ἀμπελός οὐδὲν ἄλλην, οὐδὲ ὁ πατήρ με ὁ γεωργός ἐσι. πᾶν κλῆμα ἐν εμοὶ μὴ Φέγον καρπὸν, ἀλλεὶ αὐτὸς οὐδὲ πᾶν τὸ καρπόν Φέγον, καθάξιεν αὐτό, ίνα πλέονα καρπὸν Φέγη. Ioh. XV, 1. 2. O dulcem Iesu, et fidelium, qui ipsi adhaerent, membrorum imaginem! Christus se appellat vitem palmitibus, eisque et virentibus, et frugiferis, et aridis, et emortuis conspicuam, vt demonstret vitam, et fatigarem ab hac planta seu vite esse petendam. Id ipsum afferuit iam dudum vates sacer: *non fame viterius prementur.* Cum sale fane

a) In Christo Myſtico p. 474 seq.

commentatus est in haec Ezechieliis verba St. HIERONYMVS^{a)}: *Et suscitabo, inquit, eis germen nominatum, siue plantationem pacis, quae loquitur in Euangelio: Ego sum vitis vera; et non erunt ultra imminuti fame in terra. Ergo fames in terrenis est, fames autem audiendi sermonem Dei, quae sub pastore bono, et germine nominato, atque omnium sermone celebrato, et plantatione pacis, nequaquam erit in terra.* Nouum se offert Iesu oraculum nostrae interpretationi admodum amicum, quod proximus morti his verbis protulit: Ἀμὴν, ὀμήνη, λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κύκλος τῆς στήτη πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὲς μόνος μένεται δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν παρέπει φέρει. Io. XII, 24. Vocem στήτη, granum frumenti, quod progerminare solet, significare certum est. Huius frumenti grano in semen destinato vita tribuitur, propter vim vegetatiuam, quam omnes plantae earundemque semina habent. Quo igitur suam mortem ipsi iam proxime imminentem innuat, se cum tali grano frumenti confert Christus, ut indicet medium ad hanc foecunditatem, quod mors est. Indicat Christus sub hac iucunda imagine suae mortis et necessitatem, et fructum longe uberrimum ab eadem exspectandum. Indagarem paulo curiosius huius rei neruum, nisi hoc labore satis dextre iam defunctus esset FRIDERICVS ADOLPHVS LAMPIVS.^{b)} Quiescit nunc calamus de hoc argumento prolixius pertexendo cum ad euictam praestiterim fidem, huius praefantissimi nominis a Prophetis prolati, vim et pondus in Christo esse conspicuum.

§. XXIII.

Transit nunc meditatio ad alia nomina in hoc Ezechieliis capitulo obuia, quae neque Zorobabeli, neque alii cuidam populi Iudaici duci, quisquis demum ille sit, assignari possunt. Alterum itaque argumentum ad confirmandam religionis Christianae veritatem de promoto a nomine, *Pastoris: excitabo ipsis unicum pastorem.* v. 23. Dicitio πνύτη Pastor in hoc commate ad nomina Christi officialia est referenda teste Sal. GLASSIO^{a)}. Triplici, quod sustinet Christus, officio hoc insigne nomen Pastoris recte accommodari potest. Nam ratione officii prophetici Christus noster est pastor, dum non solum cibum animae, dulcissimam Euangeli doctrinam et pabulum suauissi-

a) Opp. Tom. II. in Commentar. ad h. Ezech. loc. p. 906.

b) in Commentar. in Io. Euang. ad h. l. p. 861. seqq.

a) vid. laud. Onomatolog. Claff. IV. p. 447.

suauissimum in sacro epulo quibus suis subministrat, sed et omnium, quos in Ecclesia constituit, ministrorum, ἀρχηποιμῆν summus appellatur Episcopus. 1. Petr. V, 2. officium quoque sacerdotale huius nominis vim prodit, siquidem, tamquam optimus pastor tam tenero erga oves suac fidei, et tutelae concreditas fertur amore, ut suam vitam pro illis depositerit. Io. X, 15. Si vero et reges, et duces populi nomine pastorum apud profanos autores,^{b)} et facros scriptores gaudent, ob imperium, quod in ciues habent, et curam, quam in illis pascendis, conseruandis, et augendis adhibere solent, ecquis sanctissimum Iesum hoc illustri encomio defraudare vellet? Unicum insuper pollicetur Deus pastorem, quem se ipsum esse pronunciat Christus: ἐγώ ἐμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινόσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γνῶσκομαι ὑπὲ τῶν ἐμῶν. Io. X, 14. Inanem impendunt Iudei, et quotquot illorum tibiam inflant, laborem, Zorobabelem hunc esse pastorem statuminantes. Nec Iosuam summum Pontificem hoc titulo in sensu eminentiori honorari in confessio est. Ea tamen gloria neque Zorobabelem, neque Iosuam Pontificem Iudeorum maximum neutiquam priuamus, vtrumque Iesu in officio regio, et sacerdotiali sustinuisse typum, quod ex Zachariae Cap. III. et IV. Haggaei I. et II. non obscure appetet. Nulla itaque fuit Danieli FESTIVELIO^{c)} MICHAELI BAVMANNO^{d)} ET PETRO DANIELI HVETIO^{e)} dubitatio et Zorobabelem, et Iosuam Pontificem typis Christi personalibus adscribere.

§. XXIV.

Confirmat nostram meditationem *tertia* appellatio יְהֹוָה seruus David, vers. 24. de quo asseritur hunc seruum Dei Davidem dominum, et Ducem fui populi esse futurum. Pertinent haec duo nomina, seruus et David, teste SAL. GLASSIO^{a)} et IOANNE BRAVNIO^{b)} quoque ad nomina Christi officialia. Priori potissimum Ies. XLII, 1. LIII, 10. Zach. III, 8; posteriori vero nomine in primis Ier. XXX, 9.

D 3

Ezech.

b) vid. RAPHELI Annotat. in Scriptur. S. N. T. ad Io. X, 11. p. 655. conf. IO. GODOFR. LAKE MACHERI Obseru. Philos. Part. X. Obs. IV. de Doego. p. 227.

c) in Christo Mysticō de Zorobabele p. 1094. seqq. de Iosua p. 693.

d) in Analēt. Typicis de Zorobabele §. 47. p. 496. de Iosua §. 28. p. 435.

e) in Demonstrat. Euangelic. Proposit. IX. Cap. CLXX. p. 1162.

a) laudat. Onomatolog. p. 432. et p. 463.

b) vid. Select. S. Lib. III. Cap. III. §. XXX. p. 323. seqq. Conf. LUTKENII Diff. qua folus Messias Filius Davidis praedicatur. Rost. 1797.

Ezech. XXXVII, 24. 25. Hos. III, 5. afficitur. Rationes huius appellationis tam pronae et faciles sunt, vt easdem eruere desinam. Quin et ipse R. DAVID KIMCHIVS^{c)} non potest non hunc titulum Ezech. XXXIV, 23, obuum de Messia interpretari, hunc in modum ediferens: **את עבידי דך המשיח שיעמיד מזרעך בעת הרשעה** et seruum meum Dauid (nempe) Messiam, qui stabit seu excitabitur ex semine eius in tempore salutis. Obseruat quoque est SAL. GLASSIO^{d)} et THOMAE TAILORIO^{e)} et ROBERTO SOVTHIO^{f)} nomen Dauid in Scriptura sacra per eminentiam soli Christo, ex profapia Dauidis orituro, attribui, quia omnium fidissimus exstitit Iesu testis, et excellentissimus hospitatoris typus. Nullo argumento demonstrabunt coecutientes Iudei, et lusci eorum asseclae, nomen Dauid Zorobabeli cum auctoritate vindicari, licet e stirpe regia suos deduxerit natales. Adferant vel vnicum testimonium, quo euincatur Zorobabelem disertis verbis vocari Dauidem? Exponant, quibus in partibus res Zorobabelis cum insignibus gestis Dauidis comparari possint? Multis parafangis Dauides post se relinquit Zorobabelem. Ille igitur Dauidi plus una vice promissus, et cuius figuram sustinuit sanctissimus Israelitarum rex, intelligendus est Dauides, cuius nominis mensuram nullus nisi solus Mesias non tantum implere, sed et multis stadiis superare debebat.

§. XXV.

Defunctus nunc in vindiciis pro Messia instituendis ea opera, quae potissimum circa nomina occupatur, usque ad praedicta vergit meditatio. *Prima*, quae de hoc Dauidis filio celebratur promissio, est nouum pacis foedus ברית שלום ורकתי לה^{b)} et pangam cum illis foedus pacis. v. 25. Quae sit huius foederis et pacis conditio dispicendum est. Si hoc foedus pacis de politia, seu externo Reipublicae statu intelligere velis, toto errares coelo, quia supra affatim demonstratum est, res Iudeorum, soluta deportatione Babylonica, neutiquam fuisse pacatas, et tranquillas. Maiori veritatis specie se commendaret illa sententia, qua hoc pacis foedus de pacto cum Iudeis a primis inde Abrahami, et reliquorum procerum natalibus inito, et iam restaurando intelli-

c) vid. Commentar. ad h. l.

d) in Philolog. S. Lib. IV. Tract. III. Obseruat. XIX, p. 1384.

e) in Christo Reuelato cap. X. p. 67.

f) Sermone Vol. III. p. 735. ad Apocalypf. XXII. 16.

intelligitur. Ast enim vero, si recta tecum reputes via, hanc sanctiōnem esse legalem, nec cum deportationibus, quas Iudei perpesi sunt, sublatam, sed integrā mansisse, et stabilem, intelliges plus satis Deo, de hoc foedere legali non esse sermonem. Etenim quis nescit hoc foedus legale durasse, vsque ad Christum, et in eius locum deinceps surrogatum esse foedus gratiae, quod cum priori innonnullis quidem circumstantiis conuenit, in multis autem differt, vt IOAN. BRAV-
NIUS ^{a)} HERMANVS WITSIVS ^{b)} et IOANNES FRISCH-
MVTHVS ^{c)} fuisse explicant. Conspirant reliquae promissiones, haec verba, de foedere gratiae, seu nouo sub Christi Testamento constituendo esse sumenda. Huc omnino faciunt tot vaticinia in Prophetis, de sanctiendo novo pacis foedere, legenda, quae de antiquanda prioris foederis forma, et noua sanctiōne instituenda tam euidenter agunt, vt nihil supra.

§. XXVI.

Probat se nobis alterum praedicatum, quo famem ab Israelitis penitus depellendam esse pronunciat Propheta. Supra iam monui, haec sensu litterali de Iudeis minus commode, et apte dici. Etenim nec affluentia rerum ad victimū, et cultum corporis pertinentium, nec egestas earumdem huic promissione dextre responderet. Dicit enim est per difficile Iudeos post redditum in patrios fines aureis saeculis, et rerum omnium gauisūs fuisse abundantia. Insigni fame Iudeos potissimum in expugnatione Hierosolymitanae vrbis fuisse pressos testes habemus omnium fidissimos, si Iosephum, alioque scriptores, de excidio Hierosolymitano adimus. Promissio itaque, de fame non vterius toleranda, vberiore indicat rerum diuinarum notitiam, et illustriorem arcanorum cognitionem. Ipsi Iudeorum magistri auspiciatisimos Mesiae dies, quos circumspete, a saeculo futuro, quod est dies mercedis, discernunt, non in rerum humanarum affluentia, sed in doctrinae sublimioris cognitione ponunt. Assurgat R. Moses Ben NACHMANIDES ^{a)} hunc in modum pronuncians: *Scias ergo, ita te Deus adiuuet, siue toto animo assentianur, praeuaricationes nostras et peccata maiorum nostrorum nobis omne solatium interturbare, et hinc adeo*

Deum

- a) Doctrin. Foeder. Vol. I. Part. III. Loc. X. Cap. IV. et V. p. 276. seq.
- b) In Oeconomia foeder. cum Hominib. Lib. III. Cap. II. de Unitate Foeder. Gratiae. p. 260. seq.
- c) In Diff. de Foedere Nouo, ad Ier. XXXI, 33. 34. Thesaur. Philolog. Tom. I. p. 855. seqq.
- a) Rab. Azarias, Meriath Enaïi fol. 142.

Deum exilium nostrum in infinitum prorogare; sic dicamus, ita Deo visum esse, ut nos in hoc saeculo iugo regnorum gentium pro suo benefacito nostro commodo affligat, idonne fundamento Legis nihil nocere posse. Neque enim in eo summum nostrum bonum in diebus Messiae situm est, neque in eo, ut prouentu terrae fruamur, lauemus in balneis Tiberiadis, aut id genus aliis voluptatibus perfruamur. Et paucis interitis lineis: Temporibus Messiae abolebitur genius malus, ut veritatem assequamur, qualis in se est, vel aliam quamcumque ob causam, cuius mysterium sublimius est eo, quod hactenus memoravi. Atque haec praecipua causa est, cur Tempora Messiae tantopere desideremus? Fatentur itaque Iudei se rerum diuinarum fame adhuc premi, quae cum diebus Messiae pro�us erit exterminanda, et illustriorem arcanorum, et mysteriorum, quorum plenaria notitia ipsos latet, lucem exoptatissime esse sperandam.

§. XXVII.

Finem tandem huic argumento imponunt, et ignominiae, quam sustinebant Iudei, abolitio, et omnium hominum in unum gregem collectio. v. 31. Tantum ouium Messiae incrementum haec verba pollicentur, ut ea de exiguo, quem Iudei tunc temporis constituerunt, et hactenus faciunt, numero explicare sit perquam difficile. Felicissima hoc vaticinium indicat tempora, quibus, ex oraculo Christi unus pastor, et unus grex exsurgere debebat, Io. X, 10. Respondit huic vaticinio, post disseminatam Iesu doctrinam per universum, qua patet, terrarum orbem, euentus, nouique quotidie ex gentilibus, et Iudeis ad ciuitatem Christianam accedunt inquilini, quorum numerus, ut in dies magis magisque augeatur, in votis habemus, Deum precati, ut durissimos Iudeorum animos emolliat, quo sub huius pulcherrimae, et saluberrimae plantae tegmine secure in vtram vis aurem recubare exoptent, desiderent, cupiant!



Fd 5611

ULB Halle
002 715 18X


3




PA 30C

VD 17

NC





23-
ANTON
SL

DISPVTATIO PHILOLOGICA,
DE
M E S S I A
INSTAR SALVBERRIMAE
PLANTAE NASCITVRO,
Ad effatum Ezechieli XXXIV. com. 29.
PRAESIDE, ET AVCTORE
IOANNE RVDOLPHO KIESLINGIO
D. ET PROF. PVBL. ORDIN.
HABITA
DIE XX. SEPTEMBR. A. R. S. MDCCXLVIII.
RESPONDENTE
IOANNE CHRISTIANO BEVTNERO
FREYBURGENS. THVRING.
S. S. THEOLOG. CVLTORE.
bg.
LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.